



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Piscina, Aqua, turbida, foetent.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

tartarum detrusus Lucifer, qui Il. 14. dicebat: *Sedebo in monte testamenti, similis ero Altissimo. Quicumque dixerit huic monti, tollere & mittere in mare, & non hesitaverit in corde suo, fiet ei.* Luc. 11. Sic etiam passiones tuas, aliarumque difficultatum montes, qui in via perfectionis tibi videntur esse insuperabiles, fide, fiducia in Deum ejusque gratiâ, & cooperatione cum eadem fretus, adhibito maximè examinis particularis subsidio, item prævisione, quando hæc illa passio, & in quibus circumstantiis se motura sit; simulque proposito pro tali tempore jam ab ante factò, adhibitoque saltem conatu tali pugnâ actu instante, qui in tua est potestate, ejusmodi inquam montes, qui tibi tetrico ac pusillanimi videntur insuperabiles, superabis, & planius per repetitas tui ipsius victorias iter in via perfectionis conficies. Alii sunt montes in ordine ad æternam salutem penè insuperabiles, quos offendunt, qui & peccata peccatis accumulunt, & pœnitentiam de die in diem sæpè usque ad mortem differunt. His inculco illud Jerem. 13. *Date Domino Deo vestro gloriam (convertendo vos ad eum, dum tempus est) antequam contenebrescat [ tempore mortis ] & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos.* Difficultates circa restitutionem famæ, alieni boni, depositionem odii, vel inveteratæ libidinis.

*Piscina, Aqua, turbida, foetens.*

**O**Culi tui sicut piscina in Hesebon. Cant. 7. Sicut enim illæ pellucidæ quasi chrystallus  
repræ

repræsentabant ad vivum vultus & nævos in-  
nientium, simulque serviebant ad potum & lo-  
tionem, item agrorum rigationem. Sic Ecclesia  
Sponsa Christi nullos patitur latere nævos, ab-  
luit Sacramentis suorum sordes, potat eos hac  
aqua viva, & lacrymis compunctionis, com-  
passionis eos velut spiritali undâ rigat. *Quid  
tibi vis in via Egypti? ut bibas aquam turbidam.*  
Jer. 2. Applica religioso aspiranti ad aquam tur-  
bidam, stagnantem, fœtentem mundi,

*Deserta, Solitudines, Sylva.*

*I*n terra deserta, & in via, & in aquosa, sic in  
Sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam  
& gloriam tuam Pl. 62. Per hoc David vult di-  
cere, quod itâ in deserto contemplatus sit, &  
agnoverit potentiam ac gloriam Dei, quam,  
quando Jerosolymis erat ante arcam, aut se si-  
stebat in sanctuario coram Domino. Idem mil-  
leni Anachoretæ contestari possunt. *Latabitur  
deserta & in via, & exultabit solitudo, & florebit  
quasi liliium. Germinans germinabit, & exulta-  
bit latabunda & laudans.* [Ecclesia gentium, cho-  
rus Anachoretarum, anima peccatrix conversa]  
*Gloria Libani data est ei decor Carmeli & Saron.*  
Il. 35. Dum peccator conversus magnam adi-  
piscitur perfectionem. *Conversus sum in erum-  
na mea (dolore ob cædem Uriæ) dum configi-  
tur spina.* Pl. 31. Sicut enim conculcans in sylva  
spinam sæpè læderis ab ea, itâ dum conscien-  
tiam lædis, ejus stimulo configeris, & hoc  
ad